

RANERIUS ZENUS⁹⁵

DUX XXXV.

Creatus die 25. Ianuarii Anno 1252. obiit Anno 1268.

VETVS ELOGIVM.

Ex Acre pulsos Genuenses dat Mare viatos.



XLV.



Enetiis Roma resurgit; & in eam, Ianuæ refloret Carthago. Hic multos Annibales; ibi plures Scipiones, quorum unus Ranerius Zenus. Bis iste merito, ac suffragio Princeps, nihil Fortunæ intulit in thronum, à quâ post obitum Theupoli prohibitus, scandalit tandem virtute. Ex Firmanæ Vrbis præturâ, ad thronum vocatus, Venetias descendit quatuor stipatus triremibus, Marco comitante Ziano. Sub hoc Principe Ecelini deleta propaganda; ne in domo nefariâ scelera renovarentur, & vindictæ. Levis inde causa cum duas potentissimas nationes in apertum concitatæ; odium tandem Ligurum erupit, & invidia adversus Venetiam Maiestatem. Tyri & Ptolemaide cum Forum, Curiam, Ædes possiderent Veneti, testimonia per eos Syrie Redemptæ, & nihil cum Ligure tenerent commune præter tempora; de cœnobio S. Sabbæ exorta

con-